



Universitätsbibliothek Paderborn

**Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator
communiter resurgit ad justitiam.**

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 4. Conversio instanter petenda est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

sicut delectabat iniquitas ; & homo qui ex vinculis resolutus es, exclamabis ad Deum : DISRUPISTI VINCULA MEA. Et iterum : ILLI *In Ps. 67.* compediti forsitan volunt ambulare , nec possunt, Deumque precantur ut possint , eique dicunt : de necessitatibus meis erue me , à quo exaudiiti gratias agunt dicentes : dirupisti vincula mea.

§. IV.

Conversio instanter petenda est.

Sed displicet Appendici , quod per has preces & labores tandem dicat Mānūductio veræ conversionis donum concedendum : verum non statim donari placet magno & S. Pontifici Gregorio : OMNIS , inquit , QUI FACIT PECCATUM , SERVUS EST PECCATI : *Quibus L.4. cap. 2.* ergo peccata dominantur , per se ab eorum jugo *in l. 1. Reg.* liberari nequeunt. Nam s&pè ad Dominum cum precibus veniunt , liberari petunt , sed exaudiri non possunt : divino siquidem judicio cum eis agitur , ut qui noluerunt mala vitare cum posseint , non possint vitare , cum volunt ; & qui sponte incurruunt mala præcognita , fugere non possint experta. Istud autem non sic inteligit , ac si numquam sint exaudiendi , sed quod nonnumquam longâ eis ad hoc opus sit & multâ prece ; ea propter expōnens

nens 4. Psalmum pœnitentiale, ejus-
In Psal. 4. modi peccatorem alloquitur : *Agnosce in-*
Pœnitentia- *terius vulnerare medicum tuum, & ei peccatorum*
miserere. *tuorum vulnera detege : audiat cordis tui gemi-*
tum, cui omne patet cogitationis arcanum : mo-
veant illum lacrymæ tuae, & quadam illum im-
portunitate quærendi semper ad eum alta de pro-
fundo cordis suspiria educito : perveniat ad eum
dolor tuus, ut dicatur etiam tibi : transtulit Do-
minus peccatum tuum. Vides hinc, Lector,
alium esse istius eruditus ac S. Ecclesiæ
Doctoris sensum, & aliam hujus Appen-
dicis Doctrinam : ait enim num. 55.
Addo quod non sit opus instanter petere id quod
Christus ultrò offert, invitans nos multis locis
ad pœnitentiam.

§. V.

Etiam justis necessaria ipsis gratia est
imploranda.

Hoc autem omnino improbabiliter
 dici, vel hinc apparet, quod nec
 justis ad cavenda peccata, justeque vi-
 vendum necessaria gratia sic sit oblata.
 Docet hoc Romanus Pontifex S. Inno-
Aug. l. 2. de pec. orig. centius, tantus vir, ut ejus jam demor-
c. 7. l. 2. ad tui dictis nec Cœlestius ausit refragari,
Bonif. c. 3. & Papæ Cœlestino adversus Semipela-
 giano-